Papa prefixit in indultis ipſis [tanquam medium ad illum finem] non poteſt ſeruari in aliquo caſu : quandoq; cõtrarium oportet facere ad conſequendum finem per ipſum Papam intentum, licitê talis modus negligitur ſecundum ea quę notat Panor in. c. Vniuerſitatis, de ſen. excõi. licet etiam verba indulti oppoſitum ſonent , quia tunc ſunt ſumenda inſenſum contrarium, vt dicit glo. Nam nõ eſt curandum de verbis, quando de intentione legislatoris conſtat. lege, Scire leges. ff. de legi, & in d. c. intelligentia. Et ideo præfati duo fratres, ſine alia licentia vtendi indultis, poſſunt eis vti, in quantum viderint eſſe vtile profidei augmento. Et in hoc tam ſecuri ſunt incõſcientia, ſicut illi qui eis vtũtur de licentia ſuorum prelatorũ. Hoc dico, quia iſte caſus nonnunquam, Sic contigit, & quotidie contingere poteſt his, quos ſui prelati ad remota mittunt : præficientes eis vnum ex eis in prælatum, qui poterit mori, & tunc tales ex his quę hic dixi, ſciant per diuiſsionem hic poſitam quid tunc agere poſſint, & debeant.

¶ Circa illa verba Bullæ, & quibus ipſi de fratribus ſuis indictis Indiis commoranti- 18